



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 5. Stephani VIII. obitus. Joannes XI. Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

Sæculum X. Bernone Abbate, ut memoravi, mor-
 A. C. 930. ti proximo, & Fratres rogante, ut sibi
Bibl. Clun. Successorem eligerent, illi Odonem re-
 p. 160. luctantem adducunt, clamantes uno ore,
 vita n. 38. quod hunc sibi Abbatem deposcerent.
 Nec forsan Odo flecti se passus esset, ni-
 si Episcopi præsentis excommunicatio-
 nem diutius repugnanti comminati fuif-
 sent. Ergo Benedictionem Abbatalem
 S. Odo annos natus quadraginta octo recepit, &
 Abbas. Bernone defuncto migravit Cluniacum,
 vit. l. II. præcipuum ex illis tribus, quibus præ-
 n. I. 2. rat, Monasterium. Ibi ædificia necdum
 consummata perfecit, adjutus subsidiis,
 quæ per miraculum sibi concessa credi-
 dit. Iis certe adscripsit beneficium illud,
 quo ex Gothia tria millia solidorum ac-
 cepit. Exinde Monasterium Cluniacen-
 se ex ceteris omnibus, exacta Regulæ ob-
 servantia, eximiis virtutum, quæ in fra-
 tribus fulgebant, exemplis, Religionis
 studio, & charitate in pauperes eminere
 cœpit.

§. V.

*Stephani VIII. Obitus. Joannes XI.
 Papa.*

Flod. vers. p. Inter hæc Stephano VIII. Papa anno non-
 607. *Luitpr.* gentesimo trigesimo primo, postquam
 III. c. 12. Petri Cathedram annis duobus, men-
Sup. l. LIV. se uno & diebus duodecim tenuisset, fa-
 s. 42. tis

tis functo (*), veteratrix illa Maria seu Marozia suprema potestate, qua Romæ cum Guidone marito, Marchione Tuscia, dominabatur, strenue usa effecit, ut filius suus, nomine Joannes, ex nefando commercio cum Sergio Papa III. procreatus, Papa ordinaretur, quamquam non modo natales spurii, sed etiam juvenilis ætas, tantæ Dignitati & oneri ferendo impar, repugnarent. Unde etiam omni auctoritate & potestate carens Religionis solum ministeria peregit. Brevi post ejus Ordinationem tempore Guidone mortuo Marozia vidua, missis ad Hugonem Regem Longobardiæ Legatis, se ipsam in tori consortem, & in dotem Civitatis Romanæ Dominium obtulit. Ille non dubitavit occurrentem sibi fortunam apprehendere, Romam contendit, atque, arce S. Angeli occupata, Maroziam, in ea, ut in tuto esset, commorantem, (**) nuptiis sibi junxit.

O 4

§. VI.

(*) Palatius in hoc Pontifice: *Fuit Pontifex legitime electus, cujus vita mansuetudinis & Religionis plena fuit. Biennium cum sedisset, obiit non sine veneni suspitione; Menstrui namque tot Pontifices veneni suspitione carere non possunt - - - qui integris & Religiosis moribus cum meretrice non convenirent, quæ dominabatur in Urbe.*

(**) Nempe incestis; nam Hugo Guidonis, mariti Marozia defuncti, frater uterinus.